

DEO OPTIMO MAX.

UNI ET TRINO,

VIRGINI DEI-PARÆ, ET S. LUCÆ,

Orthodoxorum Medicorum Patrono.

QUÆSTIO MEDICA*

CARDINALITIIS DISPUTATIONIBUS manè diſcutienda in Scholis Medicorum, die Martis vigeſimâ quartâ menſis Martii, anno Domini M. DCC. LXXXIX.

Mº. MAXIMILIANO-JOSEPHO LEYS, Doctore Medico, Præſide.

An ſenibus lac ovillum?

I.

AB indefinenti tranſpirationis effluvio, necnon à repetitâ ſenſibilium evacuationum deperditione, organica corporis humani compages, continuò deſtrueretur, ni ab alimentis, avolatæ renovarentur partes. In illâ inevitabili reparandi neceſſitate, nos ad eſcam dulci invitavit illecebrâ Supremus entium Artifex. Quos & quales ſuppeditavit ad uſus, alimonias, provida generis humani parens,

* Authore M. THEROULDE DE VALLUN.

natura ! Quanta fuit hominum follicitudo, ut præfcripto, fimulque voluptati cibe operarent ! Non longè à primis mundi fæculis, omni obfervantiâ colendam fimplicitatem modò oblivioni dederunt. Neftoreos adhuc viderent annos, fi gulæ minùs dediti, duce naturâ, temperatum vitæ genus inftituiffent. Hæc ad delicias inventa, perfida ciborum farrago, nifi æquo fapientis delectu moderata multoties in perniciem ruit; innumera enim alimentorum feries diverfos edit effectus; pro vario circumftantiarum momento. Bona vel prava alimentorum qualitas à dote, quantitate, regione, tempeftate, horâ, &c. diverfis pendet; pariter, ætatis, fexûs, temperamenti, non fpernanda ratio : apparet hinc quantâ opus fit fagacitate, ut hominibus, filo Medicinæ ductis, dædaleum hoc iter luftrare liceat : fi validioribus etiam temperamentis frugali victu uti bonum : quantò magis, fi infirmâ laboraverint valetudine, fi ob fuccos deperditos, languefcant vires, fi ingravefcente ætate, torpidæ fint fibræ, tunc convenienti vitæ genere indigent; tunc alimenta gravant, jàm duces epulæ & deliciæ nocent. O miferi ! non modicæ, medicæque menfæ dona defpicite; & eas feligite dapes quæ facili elaboratione hunc pultaceum liquorem, chylum nempè producant, quæ fuccum nutritioni magis analogum contineant, & quarum, fi libet effe faturum, faltem faturum effe non pigeat. Si his indicationibus adimplendis quædam fufficiant alimenta, multiplici nomine iis longè præftat lac ovillum, ab emaciatis, tabidis, fenibus, & pituofis, ob balfamicam, roborantem & coctu facilem naturam, aliis longè anteponendum.

I I.

HOMO, Creatoris munificentiâ, fuper omne animantum genus affectavit imperium : ille immenfo laboravit ftudio, ut fuæ utilitati omnia arrogaret. Quidam exiftit liquor in unâquâque viviparâ, pabulum fucci plenum miniftrare dicatus. Hunc avidè fibi vindicavit homo. Inter pecudes, vacca, equa, afina, capra & ovis humorem illius conftitutioni homogeneum fuppetierunt. Pretiofus ille liquor delicatæ fibrarum texturæ favet, & partium accretionem adaugere valet : ratio in promptu eft : jàm Lac, prælibatâ chylofis præparatione, novas elaborationes, facilefque fubit in fanguine, quibus perfectiùs affimilantur nutritivæ partes : non folum fuave illud alimentum infantibus, fed etiam hominibus in omni vitæ puncto prodeffe comperitur : enim verò, fi ineunte ætate, dùm peragitur incrementum, magna fit fuccorum copiæ neceffitas, ut accretioni fuppeditetur materies; pabulum iftud medicamentofum, idoneos machinæ æquilibrio fuccos, à fortiori fubminiftrare poteft eâ ætate quâ, conftante, juftâque fibrarum elongatione, folæ reparandæ veniunt tranfpirationis avolationes : tanta lacti creditur energia, ut mille modis in re culinariâ adhibeatur. Partes illud conftituentes, arte naturâve disjunctæ, efcas admodùm proficuas efficiunt : etiam perabundè nutrit, ftomachum non gravat, abfque labore in ultimos corporis mæandros pervenit, fuavitatis quâ pollet virtute, muriaticos, acrefque humores obtundit : fi Lac generatim ferè omnibus conducat temperamentis, partes quæ illud alimentum efformant, dotes etiam diverfas habeant, nutritioni plus minùfve, admodùm analogas : fi lactis naturam perfcruteris, ope microfcopii, tefte Lewenhoekio, videbis exiguiffimos globulos, in latice pellucido natantes, craffitie, figurâque diverfos, ad fphæricam approximantes, jamjam fanguinis fabricam adipifci paratos : analyfi verò chymicâ, ex partibus ferofis, cafeofis, butyrofis, falinifque conftare reperies : ex diversâ harum partium combinatione vel divifione, dofique diversâ, temperamentorum varietati prodeft. Regiones, tempeftates, pafcuorum fitus & natura in diverfis lactibus, effentiales produ-

cunt diffimilitudines, pars ferofa calidioribus temperamentis proficua, vehementiorem fanguinis motum componit, fluiditatem ipfi conciliat, circulationi, hinc tranfpirationi opitulatur, alvum fubducit, æftivo tempore potum præbet faluberrimum; debilioribus verò temperamentis, pituitofis, macilentis, fenibus non æque proficua: pars butyrofa feu lactis flos, parti oleofæ fanguinis refpondet, deperditas refarcit partes, rigidas emollit, acres mitigat, falinas obtundit, frigidioribus temperamentis, corporibus macie confectis, fenibus palmarium alimentum, biliofis, calidis, nocivum: pars cafeofa, fibrofæ fanguinis parti æmula, globulorum coadunationem, & partium juvat elafticitatem; cùm ab omni cremore non expers fit, tantùmper alit; diffoluto fanguini medetur, bilem temperat, fed, cùm tenuiffima laboriofiffimè permeet colatoria, melancholicis, obftructifque vifceribus perniciem infert. Sal lactis grato fapore & dulcedine faccharum propriè dictum longè fuperat, activitatem liquoribus inducit, intimiora penetrat fecretoria, fpiffos & lentos humores dividit ac ftimulat, obftructas referat partes, putredinis incapax, liquorum infarctus delet: ex illâ rudiori iftius liquoris facultatum enarratione, haud difficilis, pro regione, tempeftate, temperamentis, ætate, fexu, diverfis, lactis fpecierum delectus.

I I I.

NATURAM & vires lactis in genere modò expofuimus; nunc de lacte ovillo differere in animo eft; ex cognitione analyticâ hujus liquoris præftantiam & ufus perpendere admodùm facile erit: meticulofum illud animal cujus pelle ditefcimus, etiam gulofæ hominum aviditati mactatur, & potum fuccidum fubminiftrat; frigori, fami, infirmitatibufque noftris medetur. Lac ovillum guftu faporeque gratiffimum, parvam admodum feri, magnam verò butyrofam & balfamicam quantitatem continet. Pars ferofa eâ portione parti butyrofæ refpondet, ut una uni cùm feptimâ parte unius, & multo fale effentiali feu faccharo lactis abundat. Hinc plurimis pollet dotibus, cùm acido non refertum fit, acefcit difficillimè. A melle & faccharo admixtis lac laboriofius acefcere, quotidianâ comprobatur experientiâ; faccharum illud nativum partibus butyrofis commixtum, conducit iis in quibus acida & muriatica prædominatur faburra, aftringit, corroborat, vires ventriculi fufcitat, folidorum elaterem auget, motui fluidorum citatiori, plus quàm caprinum lac, favet, digeftionem reddit perfectiorem, partes nutritivas fuppeditat copiofiores, maciei obftat & marcori medetur: apparet hinc quibus poffit mederi morbis, fed à propofito noftro alienum.

I V.

EX illâ tam falutaris ovilli lactis notitiâ, cur in ufum quotidianum apud Noftrates negligatur, non facilè intelligere eft; præfertim, cùm in regionibus meridionalibus vulgò ufurpetur: nonne ex eo quod in his plagis benigniori folis afpectu recreatis, oves multò grandiores, tantam lactis copiam profundant, ut in butyrum convertatur, albedine confpicuum, & etiam cafeos exquifitiffimos producat, diverfaque alimenta perquàm jucunda, faciliorique nutritioni analoga offerat, & pergratè horum incolarum exornet menfas: etfi verò in noftris regionibus, parcam lactis quantitatem emittant oves, pauca, fi bona, non fpernamus. Diverfos diverfa juvant; non omnibus temperamentis omnia conducunt. Res priùs apta, nocet. In fenibus & exhauftis quibus ferè fors eadem, fibrarum elater debilitatur, fecretiones non eâdem donantur activitate, liquores diffici-

lem mancamque ſubeunt elaborationem, fibræ rigiditatem nocivam acquirunt, excretoria ſecretoriaque vaſa ferè obliterantur, jàmjàm balſamica ſanguinis energia deſideratur, aret ſicca cutis, rigeſcuntque nervi, jàm ſenſus hebetiores, jàm auditus guſtuſque obtuſiores : quo medio tantis ſuccurrere malis? Ovium ubera preme. Si modicam, ſaltem ſucculentam dabunt eſcam, quâ longævitatis ſenectutiſque fomitem reperies.

V.

ATAVOS noſtros, parco, ſed ſalubri victu contentos, ferè non laborioſam nec ærumnoſam duxiſſe vitam fertur. Opulenti, velleribus cooperti, armentorum lactibus ſe ſuſtentantes; regiones mellis lactiſque rivulis irrigatas habitabant : veſtigiis eorum inſiſtentes, hunc euchymum liquorem confidenter epotemus. In lacte ovino, mellis balſamica, lactiſque dulcis indoles, reperitur : hoc utendo victu, ſalutiferæ plantæ, ſelectæ, ovi oblatæ, poſſunt certè bonum addere bono; ſeligantur quæ, volente Medico, ætati, temperamento conveniant; in lacte enim colorem, odorem, ſaporem, vimque primitivam alimentorum obſervaverunt Phyſiologi. Plura circà horum animalium veſcendi modum dicere omittimus : nunc quid in adhibendo illius lactis uſu pertimeſceres? ne aceſceret? Cùm lac ovinum, ut jàm diximus, & ut experientiâ comprobare licet, admodùm difficile aceſcat, extrà omnis incommodi aleam poſitum eſt : extractum illum liquorem, in locis calidis, æſtivo tempore, ſervatum per plures dies non aceſcere, nos propria edocuit experientia. Partes ſeroſæ perpaucæ, in lacte ovino exiſtentes, difficilè à caſeoſis, butyroſiſque ſeparantur. Diceres ne infantes lacte nutriri, ætate provectiores ſolidiori cibo indigere? Quamvis diverſæ illæ ætates toto diſtent vitæ curriculo, multa tamen in iis ſimilia obſervaveris. Hâc duplici ætate, corporis mentiſque vires imbecillæ, liquore noſtro nutritivo ac balſamico refoveantur, ſuſcitentur.

Ergò ſenibus lac ovillum.

Proponebat Pariſiis, PHILIPPUS-JOACHIMUS-JOSEPHUS GENGEMBRE, Atrebatenſis, Doctor Medicus Nanceianus, Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Pariſienſis Baccalaureus.

Tipis QUILLAU, Univerſitatis & Facultatis Typographi, viâ *du Fouare*. 1789